



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117859

§.56. Res Christianorum in Oriente.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](#)

sit, mores magis pudicos professus. Sed Sæculum IX.
hypocrisis erat. Porro sæpe Bahanes A. C. 812.
cum ipso jurgabatur: *Homo beri natus* p. 68.
neminem Magistrorum nostrorum vidi-
sti. Ego vero Domini Epapbroditi Di-
scipulus sum, & quæ ab ipso accepi do-
ceo. His incitatus Sergius, quam exe-
crabilia patraret, objecit, & ipso con-
tempto Schisma in eam Sectam invexit.
Hinc aliqui Sergiotæ & alii Bahanitæ di-
ci voluerunt. At major numerus se-
quebatur Sergium, qui assumpto nomi-
ne Tychici, unius ex S. Pauli Discipu-
lis, annis triginta quatuor ab Imperatri-
cis Irenis temporibus usque ad regnum
Theophili Imperatoris abominabilem p. 60.
Hæresim docuit.

Hoc igitur loco Res Manichæorum
sitæ erant, quando Michael Curopala-
ta ad Imperium Græcorum pervenit.

§. LVI.

Res Christianorum in Oriente.

Christiani sub jugo Musulmannorum de-
gentes illa tempestate maximas æru-
mnas pati cogebantur.

Califa Aaron *Rachid* mense Martio *Th. an. 7.*
Indictione secunda, id est, anno octi- p. 409.
gentesimo nono, Hegiræ 193. decesse- *Elmac. Lib.*
rat, cum regnasset annis viginti tribus, *II. c. 6. p. 120.*

&

Sæculum IX. & quadraginta octo in vivis fuisse, re.
A. C. 812. rum gestarum fama nulli Antecessorum
suorum secundus. Musulmannus Reli-
giosissimus octies peregrinationem, cum
Califa esset, ad Civitatem Mecham su-
scepit, Califarum, qui ipsi illo profecti
sunt, ultimus. Quotiescumque non ipse
proficisci ebatur trecentos alios peregri-
nantes suis impensis alebat. Singulis
diebus drachmas mille in pauperes elar-
giebatur, & centies genuflectebat. Co-
mis & munificus viros doctos & Poetas
colebat. Instantibus fatis Ditiones suas
tribus ex filiis suis *Alamin*, *Almamon*
& *Almoutamen* divisit, ita ut Alamin cui
duos alios substituit suprema Califa Di-
gnitate emineret.

Elmac. c.7.

Ergo Aarone extinto filius ejus Ma-
homet Alaminus Califa salutatur, quam-
vis in Civitate Bagdad remansisset, cum
Aaron Tousæ in Corasania defungere-
tur. Verum Alaminus juvenis erat
tanto imperio impar, laboris impatiens,
Iusus amans, & obscenis cupiditatibus
cedens. Cum econtra frater ejus Ab-
dalla Almamon solertissimus esset & cun-
ctis carus. Is in Corasania imperans
kopias contra Alaminum, qui ipsum im-
prudens lacepsiverat, misit. Postquam
annis quatuor bellum civile arsisset, A-
laminus a suis proditur & interficitur
anno Christi 813. Hegiræ 198. Annum
ætatis

ætatis numerans vigesimum nonum, Sæculum IX.
 postquam annis quatuor & octo mensi- A. C. 812.
 bus regnasset. Bellum istud civile ma- Th. ibid.
 la ingentia post se traxit in Syria, in Æ-
 gypto, in Africa; quippe cædibus & latro-
 ciniis non modo Musulmanni sed etiam
 Christiani eorum subditi vexabantur.
 Jerosolymæ Ecclesia Resurrectionis item
 Calvariæ & omnes reliquæ profanatæ,
 & desertæ sunt. In eremo ex duabus
 magnis Lauris S. Caritonis & S. Sabæ,
 aliisque Monasteriis S. Eutymii & S. Theo-
 dosii omnes fugerunt. Anno octingen-
 tesimo duodecimo multi Christiani tum id. an. 2. p.
 Monachi tum Laici in Palæstina & to- 423.
 ta Syria solum vertere coacti, cum Mu-
 sulmannorum sævitiam illo Anarchiæ
 tempore tolerare non possent, cædibus
 enim, rapinis, adulteriis & ultimis faci-
 noribus cuncta miscebantur. Multi
 Christiani Martyrio affecti, multi in Cy-
 prum Insulam & inde Constantinopolim
 fugientes, ab Imperatore Michaele &
 Patriarcha Nicephoro humanissime ex-
 cepti.

Patriarcha Monachis Constantino-
 polim advenientibus Monasterium am-
 plissimum dedit, illisque qui in Cypro
 remanserant, misit auri talentum unum,
 quod nostræ monetæ librarum sexagin-
 ta quatuor millibus exæquatur.

Quod

Sæculum IX. Quod spectat ad Patriarchas Alexan-
A. C. 812. driæ, Politianus Patriarcha Melchita,

Sup. Lib. qui ad Concilium septimum Legatos mi-
XLI. §.15. ferat, postquam annis quadraginta sex
 Sedem tenuisset, extremum diem clau-
 sit Aaronis *Racibid* temporibus. Hic,
 cum medicinæ artem calleret, Bagdad
 accersitus, ut sanaret foeminam Ægy-
 ptiam, Califæ Pellicem, salutem mulieri
 sua industria reddidit, atque in solertia
 prœmium magnam pecuniæ vim a Cali-
 fa accepit & litteras, quibus omnes Ec-
 clesiæ, quas Jacobitæ Melchitis eripue-
 rant, restitui jubebantur. Factum etiam,
 quod Melchitæ petebant.

Eutych. to. 2. Politiani Successor fuit Eustathius,
p. 408. 411. qui postquam Sedem obtinuisset annis
 quatuor, Successorem habuit eodem Ca-
 lifa regnante Christophorum, qui annis
 triginta duobus sedet. Ei, quia paralysi
 laborabat, quidam Episcopus nomine
 Petrus Coadjutor datus, qui ipsius no-
 mine Episcopos ordinabat. Patriarcha
 Jacobita Alexandrinus illo tempore, quo
 Aaron Califa e vivis abiit, erat Marcus,
 Joannis Successor. Is anno Hegiræ 193.
 Regni Aaronis ultimo Patriarcha ordina-
 tus annos viginti Sedem tenuit. Ipso
 sedente Barsanuphiani, Secta a Jacobitis
 olim tempore Zenonis Imperatoris di-
 visa, ad unitatem redierunt. Duos ha-
 bebant

Melchitæ &
Jacobitæ.

bebant Episcopos, qui Marcum Patriar- Sæculum IX.
 cham adeuntes petierunt, ut se in Com- A. C. 812.
 munionem suam reciperet. Ille , ex- *Chr. Orient.*
 perturus an sincero essent animo, dixit, *Sup. Lib.*
 se eos Episcoporum loco non habiturum, *XLIV. §. 27*
 cumque ipsi hoc Gradu indignos se pro- *Elma. p. 122.*
 fiterentur, misericordia motus domi suæ
 ambos retinuit honorem tanquam Epis-
 copis exhibens , & Sedes, quæ post ali-
 quod temporis spatium Episcopis defun-
 ctis vacarunt, contulit. Omnes deinde,
 qui huic Sectæ adhæserant, Communio-
 nem Marci amplexi sunt.

Inter belli civilis furores, qui Califæ
 Aaronis fatum secuti sunt, capta fuit A-
 lexandria & direpta; sed excesserat Pa-
 triarcha, qui annis quinque abfuit. Mo-
 nafteria Vallis Habib direpta & incen-
 sa, annis deinde quadraginta fuere de-
 ferta.

Antiochiæ Patriarcha Melchita Aa-
 rone regnante fuit Theodoreetus Theo-
 dori Successor, qui annis triginta & uno *Eutych. to. 2.*
 sedit. Patriarcha vero Jacobitarum erat *p. 411. 428.*
 Cyriacus , quo sedente quidam nomi-
 ne Abraham novam Hæresim docens
 permultos Sectatores habuit. Cyriaci *Sup. Lib.*
 Successor fuit Dionysius , qui missa ad *XLIV. §. 2.*
 Marcum Patriarcham Alexandrinum E-
 pistola sua Synodica, Responsum ab eo
 tanquam signum Communionis accepit.

Jero-

Sæculum IX. Jerosolymæ Georgio Patriarchæ Melchi.
A. C. 812. tæ, qui Sedem annis tringta sex obti-
Elma. p. 123. nuerat, successit Thomas seu Tamricus,
Sup. n. 22. anno Alamini tertio, IESU Christi octin-
Eutych. p. 40 gentesimo undecimo. Sedit annis de-
 cem, cumque fornicem Ecclesiæ Resur-
 rectionis, ruinam minantem reparasset,
 ideo a Musulmannis accusatus, & car-
 ceri inclusus est, non enim licebat Chri-
 stianis Ecclesiæ suas ampliores reddere.
 Postquam autem in hanc rem inquisitum
 & nulla major amplitudo Ecclesiæ appa-
 ruit, liber dimittitur. Hæc sors erat
 Ecclesiarum in Oriente Musulmannis re-
 gnantibus.

§. LVII.

*Quæstio, an Bulgari transfugæ re-
mittendi.*

Th. p. 424. Michael Imperator magnæ pietatis &
Id. p. 422. mitissimi ingenii, at rebus gerendis
 parum idoneus præcipuorum de purpu-
 ratis arbitrio, præsertim Theoctisti Offi-
 ciorum Magistri ducebatur. Anno Re-
 gni sui secundo Rex Bulgarorum pacis
 pangendæ conditions misit, quarum u-
 na erat, ut vicissim transfugæ remitte-
 rentur. Fuere, qui Imperatori scrupu-
 lum moverent; non licere Bulgaris Infi-
 delibus populares suos reddere, qui Chri-
 stianam Fidem amplexi fuissent. Ita-
 que